



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1248. Usque Ad Annum 1276

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1765

VD18 90118243

§.1. Alexander IV. Papa.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66255](#)



HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ LIBER LXXXIV.



ALEXANDER IV. PAPA.

IMPERIUM OCCID. VACAT.
BALDUINUS II. IMP. ORIENTIS.

§. I.

Alexander IV. Papa.

Cardinales cum tota Aula Romana Sæcul. XIII.
Manfredi victoria territi cogitabant A.C. 1254.
relicta Neapoli redire in Campaniam.
Sed Marchio Bertholdus absolutos metu Anonym. ap.
Ughell.
vehementerurgebat, ut congregati Pa-
pam eligerent. Itaque die Christi Na- to. 9. p. 303.

Hist. Eccles. Tom. XXI.

K tali

Sæcul. XIII. tali cooptabant Cardinalem Raynaldum
A.C. 1254. Episcopum Ostiensem, qui assumpto sibi

Papebr. Alexandri IV. nomine coronatus est se-
conat. quente die Dominica S. Joanni Evange-

Rayn. to. 2. listæ sacra 27 Decembris an. 1254. A
init. Comitibus Signianis oriundus patrem ha-

Ughell. to. 1. buit Philippum Papæ Gregorii IX. fra-

p. 83. trem, primamque aspexit lucem in arce

M. Par. Jennensi Dioceſeos Anagniensis Abba-

p. 771. tiæ Sublacensi obnoxia, ubi diu mansit,

& Cathedralis Ecclesiæ Canonicus fuit.

Papa patruus suus eum primo Cardina-

lem Diaconum tit. S. Eustachii, dein E-

piscopum Ostiensem an. 1231 creavit.

Singulari probitate morum, in Deum ac

Cælites pietatis studio & abstinentia cla-

rebat; sed nimis faciles adulatoribus au-

res præbere dicebatur. Ultimo Decem-

bris die epistolam ex more scripsit ad o-

mnes Episcopos circumferendam, qua

eis de suo Pontificatu dabat notitiam,

& in omnia sacra se commendabat.

Rayn. 1255. Primas ad sistendos Mansfredi pro-

n. 2. 3. gressus curas convertens Legatum in Si-

Anonym. ciliam misit Octavianum Ubaldinum Car-

p. 806. dinalem Diaconum tit. S. Mariæ *in via*

Vading. *lata*, qui suum Vicarium Generalem esse

1255. n. 13. jussit quendam Fratrem Minorem Rufi-

num nomine Pontificio facello & expia-

tionibus præfectum, magnæ existimatio-

nis & industriæ hominem. Et quia Man-

fredus omiserat Papæ pro more Princi-

pum

pum summam dignitatem gratulari, Ale-
xander Episcopum quendam misit, qui
eum juberet die Purificationis in aula
Pontificia comparere, ut de cæde Burelii
Anglonii, ac de injuria responderet, quam
sanctæ Sedi fecisset Legatum Guilielmum
ac Ecclesiæ copias ex Apulia fugando.
Manfredus respondit per litteras, se suum
& Conradini jus tuendo nullam Ecclesiæ
Romanæ injuriam intulisse. Postea ta-
men ad Papam duos, qui sibi a secretis
erant, de pace acturos misit, suos progres-
sus bellicos non ideo interrumpens.

Sæcul.XIII.
A.C.1255.

p. 807.

§. II.

Ecclesiæ Septentrionales.

Cum Religio in Livonia incrementum
caperet, Papa Innocentius IV. per-
miserat, ut Archiepiscopus sedem suam
figeret in quadam suæ ditioris Ecclesia
Cathedrali, quam idoneam sibi crederet;
vacantem proin Sedem Rigensem is in
Metropolitanam elegit probante Papa A-
lexandro per litteras 20 Jan. 1255 datas.

Igitur ab eo tempore Riga Livoniæ E-
stoniæque ac Borussiæ Metropolis fuit. Rayn. n. 64.

Haud multo post Papa huic Archiepisco-
po mandavit, ut novum Episcopatum, n. 63.
ep.294. R.
quando ita videretur, erigeret in gratiam
ethnicorum viciniæ, quos duo fratres
nobiles Otto Luneburgius ac Theodori-

K 2

cus